



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Obedientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

termittendæ. Laym. ibid. ref. 240. & 241.

4 Cæremoniæ in secundis nuptiis adhiberi non possunt temporibus ab Ecclesiâ prohibitis; quia pertinent ad solennitatē nuptialem, licet non adhibeatur benedictio nuptialis, quæ sine mortali omitti potest. Pontius. ibid. ref. 265.

5 Non videtur p.m. tempore Aduentus & Quadragesimæ traducere sponsam solenniter in domum sponsi, & celebrare coniuia; sic enim consuetudine receptum est, connuentibus Prælatis. Sanchez & Villalobos. etsi id negat Pontius. ibid. ref. 266.

O

O B E D I E N T I A.

I N varietate opinionum inter Superiorum & subditum, tenetur subditus obedire, nisi evidenter cognoscatur illicitum esse quod præcipitur. Vasquez & alij. Contrarium tamen est probabile, numquam teneri, quando probabiliter iudicatur illicitum esse, vel extra Superioris iurisdictionem: quia non tenetur obedire, quando pro-

F f 4 babile

babile est ipsum non esse obligatum.
Sanchez & alij 3 p. 2. tr. 13. ref. 10. & p. 4.
tr. 4. ref. 31. Quod si dubium sit, an res
præcepta sit licita, teneri subditum o-
bedire docent Sanchez & alij 3. Negat
Vasquez. Quod saltem locum habet,
quando quis obediendo timeret sibi,
vel alteri graue damnum. Quod si du-
bitum versatur circa Superioris potesta-
tem, non tenetur subditus obedire, et si
ille sit in possessione superioritatis.
Vasquez & Salas. p. 4. tr. 3. ref. 9 & 8.

2 Concurrentibus duobus præceptis
contrariis, si constare non potest magis
de obligatione vnius, quam alterius,
potest eligi obseruatio alterutrius. Gra-
nad. ibid ref. 70.

3 Non potest Superior etiam Gene-
ralis religionis præcipere subdito ut ac-
ceptet Episcopatum: quia illa non est
materia obedientiæ religiosæ. Suar. &
alij 5 p. 6. tr. 8. ref. 33.

4 Præceptum Superioris in materia
secundum se leui, ratione circumstan-
tiarum quæ intenduntur, potest obli-
gare sub mortali. Suarez & alij 8. Quod
si in re absolute leui imponatur præ-
ceptum sub mortali, obligabit saltē sub
veniali. Suar. & alij 2. p. 5. tr. 5. ref. 47 &
48.

5 Re-

5 Religiosus non obediens Prælato præcipienti sub obedientiâ, non peccat dupliciter contra obedientiam, & Religionem: quia est vna tantum malitia. Ledesm. p. i. tract. 7. ref. 16. & p. 3. tract. 4. ref. 67.

Odium.

1 A locutio, & conuersatio non debentur omnibus, sed tantum inter se coniunctis. Salutatio anticipata nulli debetur, nisi iis qui dignitate præcellunt: Resalutatio, & responsio omnibus debentur ex virtute affabilitatis, præsertim concubus: illas autem omittere non est regulariter p.m. nisi ratione scandali; unde infertur non esse certum, peccare mortaliter eum qui occurrentibus pluribus, inter quos est inimicus, salutat omnes ipso excepto, quia potest illum prætermittere in significacione in acceptæ iniuriæ; non tamen in odium, aut vindictam. Lorca. p. 2. tr. 15. ref. 62.

2 Optare alicui mortem, ut eius hereditate potiaris, non est mortale, neque odium: idemque est si quis de illâ gaudeat. Castro Pal. Vel etiam si quis sibi mortem optet ut liberetur à graui malo temporali. Sanchez & alij 2.

F f 5

p. 3.